

ipsius sunt, constringendos, et possessiones, ad eandem ecclesiam in Istria pertinentes, defendendas, necnon et ad Bosonem comitem, missum nostrum, de rebus ecclesiae tuae, quas antecessor tuus Fortunatus Dominico nepoti suo dederat, ut inquisitionem idem faceret, et secundum hoc, quod iustum esse inveniret, ex nostra iussione eidem Dominico precepiret. Tu vero nobis significasti pro nobis et coniuge ac prole et domo nostra orando intercedere, ut nos Deus omnipotens et hic et in futuro saeculo conservare et custodire dignetur. Optamus sanctitatem tuam bene valere et semper nostri meminisse.

**48. – 825-6. *Il patriarca Venerio all'imperatore Ludovico.***

FONTI: Arch. Stato, Venezia, cod. Trevisaneo, c. 33 v. sg., n. 24; cod. marc. lat. X, 181, 29; 310 p. 46.

EDIZ.: Mon. Germ. Hist., *Epist.*, V, 314 sg.

È forse una duplicazione della lettera precedente [n. 42], mutate le persone e i nomi degli incaricati, posteriormente di altra missione. Cfr. n. 44, 45.

Domino Hlodovito. imperatori piissimo et christianissimo, victori ac triumphatori, semperque augusto, totius orbis ortodoxi, terra marique, nostro domino, Venerius, humillimus servorum Dei omnium, servus sanctae metropolitanae sedis Gradensis civitatis episcopus in vestro sancti servitio supliciter devotus. Vestrum quidem, piissimi imperator, laudabilem et glorioissimum inter homines principatum omnium dominus Christus eottidianis diebus bonis incrementis maximum splendidissimumque demonstrat et de cetero demonstrabit. [Segue secondo la lezione della lettera precedente n. 46 fino alle parole: exorare non cessemus. Poi riprende:] Direximus autem apud sacra imperialia vestigia domni nostri Tiberium diacono et vicedomino nostro, seu et \*\*\* humillimo servuio vestro, gerulo nostro, de quibus quasi praesentaliter domino nostro osculantibus vestigia queso commendatos habere, ad quorum et nostrae iniunctionis eloquium meus benignissime imperator et dominus dignas iubeas inclinare